ALPHABETUM ARMENUM

CUM ORATIONE DOMINICALI

SALUTATIONE ANGELICA

INITIO EVANGELII S. IOHANNIS

ET CANTICO POENITENTIAE.



ROMAE MDCCLXXXIV.

TYPIS S. CONGREG. DE PROPAGANDA FIDE

PRAESIDUM ADPROBATIONE.



LECTORI ERUDITO

IOHANNES CHRISTOPHORUS AMADUTIUS

Praeses typographiae sacrae Congregationis de Propaganda Fide.

I. *INstaurandae exoticarum linguarum alphabetorum collectioni, quae quotidie vel largitionibus, vel venditionibus absumitur, operam navantes in id praecipue intendimus, ut alphabeta ipsa, quae recudenda se praebent, integriori, concinniorique forma pro facultate nostra reponantur. Armenicae linguae [quae & Haicana ab Hayco Armeniacae gentis protoparente, post Noëmum quinto Iapheti abnepote, & Thorgomi filio (1), ut & Armena ab Aramo Haicanorum rege VII. & Abrahami contemporaneo (2) appellata dein est] alphabetum commode nunc nobis reparandum obvenit, quod scilicet editionis, quae anno* MDCLXXIII. *peracta fuerat typis propagandae fidei, omnia iam fuerint distracta exemplaria. Praestat ergo nunc de hoc idiomate nonnulla de more praefari, quo eiusdem origo, vicissitudines, grammaticae institutiones, lexica, & potiora opera iis, quibus ad haec legenda accedere lubeat, uno tempore innotescant.*

II. *Eorum, qui in idiomatum natura cognoscenda studium potissimum posuerunt, communior sententia est, Armenorum linguam antiquissimam esse, & inter eas, quae materno iure, & nomine censentur, esse*

 adnu-

(1) *Vid. Moisem Choronensem in histor. lib.I. c.9.*
(2) *Vid. ibid. cap.13.*

adnumerandam. Ceterum non est huius loci haec pluribus persequi, ne nimium crescat oratio; cum praesertim Schroderii percurrentibus dissertationem de Armenicae linguae vetustate (1) haec abunde, luculenterque deprehendere fas sit. Ast male actum cum Armenica lingua, quod initio propriis caruerit characteribus, ut proinde longo temporis intervallo propria vocabula alienigenarum, ac praesertim conterminorum populorum litteris concredere, ac consignare coacta fuerit.

III. Primus ergo, qui proprias Armenici idiomatis formas, seu characteres invenerit, fuit vir sanctus, atque primarius gentis doctor, & magister Mesrobus, qui cum in regum Armenorum aula interpretis officio fungeretur, epistolas omnes Armenica lingua concinnatas, ast litteris tum Graecis, tum Persicis, ac praesertim Syriacis exaratas enucleabat. Hoc ex Moise Choronensi Armenorum historico plane eximio, & ipsius Mesrobi discipulo intelligere quisque poterit. Quare id consequitur, ut Armenicos characteres non nisi v. ecclesiae saeculo inductos adstruamus. Factum interea est, ut Patriarcha Isaacus I., qui sancti Gregorii Illuminatoris pronepos fuit, excogitatas a Mesrobo Armenicas litteras toti Armenorum genti communicaverit. Hinc ab anno praesertim CDXXI. aerae vulgaris surrexerunt scriptores, qui patriae linguae peritia, & elegantia pollentes opera de variis scientiarum generibus conscripserunt, ut hinc primum steterint linguae, quae ab Hayco usque ad Artassem III., Arsacidarum

---

(1) *Dissert. de antiq. & fatis linguae Armenaicae. Amstaelodami* 1711.

cidarum regum postremum, suam servaverat integritatem, uberiora, & praeclariora monumenta. Commode hoc tempore multa litteris mandarunt, atque etiam primi ad divinarum scripturarum versionem manus potissimum admoverunt ipsi sancti viri Mesrobus, & Isaacus, quos laudavimus, tum & Moises Choronensis, cuius & mox facta mentio.

IV. Hos, quos sibi unice proponere oportet eos, qui Armenicae linguae avitam puritatem, & elegantiam assequi voluerint, subsequuti sunt scriptores alii perquam celebres apud suos, & omnino illustres. Inter hos primus nominandus venit, qui de theologicis rebus accurate scripsit saeculo X. sanctus Gregorius Nariekensis, qui, *Iacobo Villottio teste in serie Patriarcharum Armenorum,* egregium composuit sacrarum precum volumen; *cuius Clemens Galanius* [1] *quinetiam cum laude meminit. Excelluit insuper in theologica, & poetica facultate sanctus Narsetes, sive Hierses Ghelaiensis Patriarcha Armenorum, qui saeculo XII. ex ipsius Villottii fide* scripsit carmine librum plane divinum, cui titulus*: Iesus Filius; quique etiam ut* poeta sacer *a Galanio* (2) *ipso laudatur. Grammatices, & rhetorices praestantia floruerunt Agathangdelus a secretis Tiridatis regis, doctor Eliseus, & Moises Choronensis saeculis IV. & V., & sanctus Narsetes Lampronensis, orator celeberrimus saeculo XI., quem ex Villottii testimonio* velut Armeniae Chrysostomum merito venerantur

 ut

(1) *Conciliat. eccles. Armen. cum Roman. part.*1. *tom.*1. *cap.*XVIII. *n.*7.

(2) *Ibid. cap.*XXI. *n.*3.

ut sanctum : *quod & plurimis locis Galanius ipse confirmat .*

v. Multos tulit etiam exterorum librorum interpretes Armenorum natio , quos quidem haud minus patrii idiomatis elegantia commendat . Celebris est sancti Iacobi Nisibeni Archiepiscopi operum Armenica versio , quam dein in Latinum sermonem translatam typis propagandae fidei primum in lucem edidit vir sane doctissimus , ac pientissimus Nicolaus Antonellius S. R. E. Cardinalis (1) . *Huic accedunt versiones , quae pariter exstant , operum sancti Iohannis Chrysostomi , sancti Athanasii , sancti Cyrilli , sancti Basilii , aliorumque , quibus parcimus , quaeque Armenorum idioma ad multam quinetiam elegantiae dignitatem evexerunt .*

VI. Verumtamen , ut sunt humana omnia , eo res tandem adacta est , ut lingua haec a suo excellentiae apice paullatim exciderit . Hoc nimirum contigit , quod ob typorum nondum invectorum defectum , & ob immane pretium codicibus mss. comparandis necessarium huiusmodi operum exemplaria , manu quotidie versanda , fere ubique desiderarentur : hincque eorum lectio vel intermissa , vel neglecta ruditati , & inscitiae viam straverit . His omnibus accensendi quinetiam bellorum strepitus , & incendiorum ab haereticis , schismaticisque excitatorum vastationes , quibus codices , chartae , & cetera huiusmodi absumi , vel dissipari saepissime consueverunt . Quare ea cepit unumquemque codicum conservandorum , immo abscondendorum sollicitudo , & anxietas , ut eos in asceteriis pluri-

(1) *Anno 1756. in fol.*

pluribus obseratos clavibus episcopi, & in tutissimis arcibus repositos principes, & dynastae posteritati, si fieri posset, reservarent; quod & Patriarchae ipsi dirarum interminatione ecclesiis, aliisque sacris locis perpetuo addictos tueri satagerunt. Per has rerum perturbationes ventum est ad VIII. ecclesiae saeculum, quo vertente, litteralis Armenorum linguae fere omnis obsoleverat elegantia, immo & liturgicorum librorum captus nonnisi exiguo hominum gregi reservatus videbatur. Quamobrem hoc tempore vernacula exorta est Armenorum dialectus, quae ex peregrinis coalescens vocabulis, & propria invertens per totam fere ditionem obrepsit, sibique litteralis ius, usumque universum adscire visa est. Novo hoc concepta sermone si quis opera sibi legenda sumpserit, non nisi incondita, inconcinna, puerilia, & deridicula prorsus deprehendet. Cum his quinetiam conveniunt, quae crucesignati ex Europa in Ciliciam profecti ex Latina lingua in Armenicam exercitationis caussa converterunt, & in quibus nonnisi barbariem, & absurditatem cubare nemo non videat.

VII. Ast exacto saeculo, cum, Deo favente, clerum, & monachos praesertim in Armenia degentes excusserit clamor, & questus excitatus ob sacrorum librorum deficientiam, qua urgebatur Armenorum ecclesia, peculiari potissimum studio incensus est Iacobus Iulfaensis Patriarcha Armenorum, vir clari nominis, quo tanto malo remedium faceret. Idcirco virum selegit episcopali honore insignitum, quem in Europam mitteret, ut is gentis suae ecclesiis necessaria pararet commoda, quibus sacra pro dignitate

peragerentur, curaretque praecipue, ut sacrorum bibliorum, & liturgicorum librorum typographica exemplaria in aliqua Europae civitate sua impensa excuderentur. Fuit is Archiepiscopus Osganus Vartabied Erevanensis, qui ab Armenia maiori Liburnum solvens Romam venit, hinc Venetias migravit, ac tandem Amstelodamum se recepit, ubi Armenicarum litterarum formas caelatorum, ac statuariorum ope naviter parans iis ipsis anno CIↃIↃCLXII. *sacram scripturam, breviaria, aliaque similia, ut ipse ad calcem sacrae scripturae luculenter narrat, excudenda curavit. Dein missale ad chori usum Venetis typis sane elegantissimis pro Scerimaniae gentis munificentia post aliquot annos editum est, quod fere in omnibus Armenorum ecclesiis locum obtinuit.*

VIII. *Ceterum Romae Armenici characteres caelati, percussi, conflati, & excusi antea fuerant cura, & opera Stephani Paullinii typographi Romani, qui institutorem habuerat Ioh. Baptistam Raymundium, celebrem illum Vaticanae typographiae, sedente Sixto V., conditorem, quique dein usque ab anno* CIↃIↃCXXVI., *quo stetit sacrae congregationis de propaganda fide, & ipsius typographiae institutio, alterius administrationem exercuit. Quare prima, quae occurrunt Romanis Paullinii typis commissa Armenicarum litterarum monumenta, annum praeseferunt* CIↃIↃCXXIII., *triennium nempe ante conditam hanc nostram typographiam, atque inscribuntur:* Concordia Armenorum cum sancta Romana ecclesia, *auctore Bartholomaeo Abagaro Armeno, &* Summa doctrinae christianae, *mandato Cynthii Aldobrandinii Card. S. Georgii, Armenicae*

nicae nationis patroni, in Armenicam linguam conversa. Alia dein habentur excusa typis propagandae fidei anno CIƆIƆCXXX., aliisque insequentibus, quae referre haud opus est. Ast non Romae solum, Amstelodami, & Venetiis Armenicorum characterum formis libri imprimi consueverunt; cum nimirum etiam Constantinopoli edi ceperint, licet ab elegantia eorum, quae alibi edita designavimus, longe absint. Hac tamen ratione factum est, ut nonnullae veterum operum ex tenebris erutorum editiones auspicato prodierint, quae tum in ecclesiae, tum in nationis commodum, & honorem plurimum cesserunt.

IX. Verumtamen Armenicorum typorum nitorem plurimum auxit congregatio Armenorum monachorum Mechitarensis. Haec enim Methone, Peloponnesi urbe, sub Venetorum imperio degens, ac dein bellorum tumultu exagitata Venetias se recipiens anno CIƆIƆCCII. insulam, quae sancti Lazari appellatur, incoluit, ibique ex institutoris Mechitar, qui est Consolator, & a quo nomen habuit, voluntate, & praecepto Armenicis litteris, scientiisque operam navans, typographicam etiam artem ornandam suscepit. Quare horum monachorum Venetis formis impressa habemus biblia sacra, quae Amstelodamensem editionem post se reliquerunt, & alia insuper opuscula, quae in tironum gratiam excudi solent. Ast omnium operum, quae ex hac officina prodierunt, splendidissimum omnium apparet lexicon veteris linguae Armenicae, quod duobus voluminibus comprehensum edidit ipse Mechitar institutor, usus opera, & praesidio discipulorum suorum, quodque sane linguae iam pene inter-

intermortuae promptuarium instructissimum haberi debet. Ex hac igitur palaestra paullatim exstiterunt viri patriae linguae, & calligraphiae callentissimi, per quos peractae sunt plurimae operum versiones, aliaque de novo elaborata, quae haud veterum nitori concedant, eaque praesertim, quae ad scholarum tum philosophiae, tum rhetorices, tum grammatices usum pertinent, quaeque a singulis, qui hanc linguam tutius, rectiusque arripere velint, in manibus haberi oporteat.

x. Ceterum nota sunt elementaria opera, quae in tironum, ac operariorum evangelicorum usum excudenda mandavit sacra haec ipsa congregatio; nimirum Iohannis Agopii grammatica Latina armenice explicata (1), *Deodati Nierszesoviczii Episcopi Traianopolitani dictionarium Latino-Armenum super sacram scripturam* (2), *& Iacobi Villottii dictionarium alterum ex praecipuis Armenicae linguae scriptoribus concinnatum* (3); *ut nunc praeteream opera, quae vel ad sacra obeunda, vel ad pietatem fovendam, vel etiam ad schismaticorum errores refellendos edita sunt. Neque heic silentio praetereundus est Iohannis Ioachimi Schroderii* thesaurus linguae Armenicae antiquae, & hodiernae cum varia praxios materia &c., *qui Amstelodami editus est* (4). *Tandem heic commemorare*

(1) *Anno* 1675. *in* 4.
(2) *Anno* 1695. *in* 4.
(3) *Anno* 1714. *in fol.*
(4) *Anno aerae christianae* 1711., *Armenorum* 1160. *in* 4.

morare etiam praestabit quinque linguarum, Armenicae scilicet litteralis, Armenicae vulgaris, Latinae, Italicae, & Gallicae dictionarium, quod elaboravit, & cuius prospectum publici iuris fecit anno CIↃIↃCCLXXX. *typorum nostrorum ministerio Gabriel Villa Foro-Alexandrinus, ex Capuccinorum ordine missionarius.*

XI. *His summatim expositis, alphabetum nunc exponemus Armenicae linguae; & quoniam variae sunt litterarum formae, singulas proinde nos heic recensere curabimus. Quas Armeni stilo ferreo membranis olim inscribebant, appellabant* երկաթագիր, jerghatachir. *Quae in libris choralibus adhibebantur, eaeque maiores, & diverso colore quo ad initiales distinctae, vocabantur & ipsae* երկաթագիր, jerghatachir, *idest* ferreae; *quamquam praeter hoc initialium genus habeantur aliae quinetiam initiales ornatae, quibus nomen est* գլխագիր, chlhhachir; *quaeque si angelorum, & hominum imaginem praeseferant, dicuntur* մարդագիր, martachir; *si vero avium forma donentur, vocantur* ձագագիր, sziachachir; *si vero floriformes appareant, dicuntur* ծաղկագիր, zaghhghachir. *Armenici alphabeti litterae* XXXVI. *olim numerabantur; verum cum dein duarum litterarum* ֆ Fe & Օ O *insuper accessio facta fuerit,* XXXVIII. *evaserunt. Earum* VIII. *sunt vocales, ceterae autem consonantes, ut deinceps patebit. Tandem exercitationis gratia alphabeto ipso adsuenda nonnulla curavimus Armenico idiomate concepta, scilicet dominicam orationem, salutationem angelicam, initium evangelii sancti Iohannis, ac demum canticum poenitentiae, quod ab Armenis*

menis in nocturno recitari consuevit; quibus omnibus religioni quinetiam uno tempore litare peropportune nobis visum est. Sed manus e tabula; non enim opus est hoc loco de his agere pluribus. Haec interim aequi, bonique consule, erudite Lector, & vale.



ALPHA-

ALPHABETUM
ARMENUM
Charactere rotundo.

Figura		Nomen		Poteſtas
Ա	ա	այբ	aib p	a
Բ	բ	բեն	pien	p *quaſi* b
Գ	գ	գիմ կամ գ.իմ	chim	ch
Դ	դ	դա	ta, *vel* da *mod.*	d *quaſi* t
Ե	ե	եչ	jece	je
Զ	զ	զա	ſza	ſz
Է	է	է	e	e
Ը	ը	ըթ կամ ըթ	jett	e *ſuppr.*
Թ	թ	թո կամ թօ	to	tt
Ժ	ժ	ժէ	ſge	ſg
Ի	ի	ինի	ini	i
Լ	լ	լիւն	liun	l
Խ	խ	խէ	hhe *aſper.*	hh
Ծ	ծ	ծա	za *forte*	z
Կ	կ	կեն	ghien	gh

Հ	հ	հո կմ հօ	huo	h
Ձ	ձ	ձա	zza *dulce*	zi
Ղ	ղ	ղատ	ghhad	ghh
Ճ	ճ	ճէ	ge	g
Մ	մ	մեն	mien	m
Յ	յ	յի	hi *conſon.*	i *ſuppr.*
Ն	ն	նու	nu	n
Շ	շ	շա	ſcià	ſc
Ո	ո	ո	uuò	uo
Չ	չ	չա	ccia	cc
Պ	պ	պէ	be	b
Ջ	ջ	ջէ	cie	c
Ռ	ռ	ռա	rra	r *dup.*
Ս	ս	սէ	ſe	ſ
Վ	վ	վեւ	viev	v *conſ.*
Տ	տ	տիւն	diun	d
Ր	ր	րէ	re	r *dulce*
Ց	ց	ցօ	zzuò	zz
Ւ	ւ	հիւն	hiùn	u *voc.*
Փ	փ	փիւր	ppiur	pp

Ք ք

Ք ք քէ		cche	ke
Օ օ օ		o	o
Ֆ ֆ ֆէ		fe	f

ALPHABETUM
ARMENUM ALTERUM
Charactere curſivo:

Figura		Poteſtas	Valor in numeris	
Ա	ա	*a*	ա̄	1
Բ	բ	*p* quaſi *b*	բ̄	2
Գ	գ	*ch*	գ̄	3
Դ	դ	*d* quaſi *t*	դ̄	4
Ե	ե	*je*	ե̄	5
Զ	զ	*ſz*	զ̄	6
Է	է	*e*	է̄	7
Ը	ը	*e* ſuppreſ.	ը̄	8
Թ	թ	*tt*	թ̄	9

Ժ	ժ	*sg*	ժ̄	10
Ի	ի	*i*	ի̄	20
Լ	լ	*l*	լ̄	30
Խ	խ	*hh*	խ̄	40
Ծ	ծ	*z*	ծ̄	50
Կ	կ	*gh*	կ̄	60
Հ	հ	*h*	հ̄	70
Ձ	ձ	*zi*	ձ̄	80
Ղ	ղ	*ghh*	ղ̄	90
Ճ	ճ	*g*	ճ̄	100
Մ	մ	*m*	մ̄	200
Յ	յ	*i* ſuppreſ.	յ̄	300
Ն	ն	*n*	ն̄	400

Շ	շ	*ſc*	շ̄	500
Ո	ո	*uo*	ո̄	600
Չ	չ	*cc*	չ̄	700
Պ	պ	*b*	պ̄	800
Ջ	ջ	*c*	ջ̄	900
Ռ	ռ	*r* dup.	ռ̄	1000
Ս	ս	*ſ*	ս̄	2000
Վ	վ	*v* conſon.	վ̄	3000
Տ	տ	*d*	տ̄	4000
Ր	ր	*r* dulce	ր̄	5000
Ց	ց	*zz*	ց̄	6000
Ւ	ւ	*u* voc.	ւ̄	7000
Փ	փ	*pp*	փ̄	8000
Ք	ք	*ke*	ք̄	9000
Օ	օ	*o*	օ̄	10000

f 20000

Deus


Dominus

ALPHABETUM

ARMENUM TERTIUM

Charactere figurato.

a



p *quaſi* b



ch



d *quaſi* t



je



ſz




e




e *ſuppreſ.*



t't	ſg	i	l
			
hh	z	gh	h
			
zi	ghh		g
			
m	i *ſuppreſ.*	n	ſc
			
uo	cc	b	c
			

r *dup.* | ſ | v *conſ.* | d






r *dulc.* | zz. | u *voc.* | pp






ke | o




De diviſione litterarum.

Ex hiſce litteris aliae ſunt vocales, aliae conſonantes. Vocales ſunt octo ա a է je ե e ը jj ի i ո vo օ o ու u.

Conſonantes ſunt reliquae omnes բ գ դ զ թ ժ լ խ ծ կ հ ձ ղ ճ մ յ ն շ չ պ ջ ռ ս վ տ ր ց ւ փ ք Փ. Aſt haec littera և compoſita eſt ex duabus litteris, ideſt

a է

a է *je*, & a ւ *hiun*, nimirum Եւ *jev*, ſuperpoſito nempe ſpiritu aſpero. Quare nunc agemus

De nexibus litterarum.

Multi ſunt modi, quibus verba compendiarie exarantur. Aſt frequentius omnium illud ſignum eſt, quod ita conformatur ւ, quodque appellatur պատիւ *badiv*, ideſt *honor*, cum ſcilicet hoc compendii ſignum uſurpetur in Dei, Ieſu Chriſti, &c. nominibus exprimendis; ex quo quidem hoc nomen inditum eſt quaſi ob quamdam excellentiam. Id ex ſequentibus patebit exemplis.

ա͞ծ pro աստուած, *Deus*.
ա͞յ pro աստուծոյ, *Dei*, & *Deo*.
ա͞վ pro աստուծով, *cum Deo*, *per Deum*.
ա͞մ pro ամենայն, *omnis*.
ա͞մի pro ամենայնի, *omnis genit.*
յ͞ք pro այսինքն, *hoc eſt*, *ideſt*.
ա͞շ pro աշխարհ, *mundus*.
ա͞շի pro աշխարհի, *mundi*.
ը͞ pro ընդ, *cum*, *una*, *ſub*.
ը͞ս pro ըստ, *iuxta*, *ſecundum*.

ըսմ pro ըստայսմ *iuxta quod*.
թի pro թիւն , թե pro թեան , թէ pro թենէ , թբ pro թեամբ.

Terminationes ſunt nominum abſtractorum.

ժմկ pro *ժամանակ*, *tempus*.
վր, ՚ի վր pro *վերայ*, ՚ի *վերայ*, *ſuper*, *ſupra*.
իէլ pro *իսրայէլ*, *Iſrael*.
իլի pro *իսրայէլի*, *Iſraelis*.
կ. կմ pro *կամ*, *ideo*.
քզի pro *քանզի*, *nam*.
յս pro *յիսուս*, *Ieſus*.
յսի pro *յիսուսի*, *Ieſu*.
քս pro *քրիստոս*, *Chriſtus*.
քսի, pro *քրիստոսի*, *Chriſti*.
սբ pro *սուրբ*, *ſanctus*.
սբյ pro *սրբոյ*, *ſancti*.
նք pro *նոքա*, *illi*.
նց, նր, նս. *նոցա*, *նորա*, *նոսա*.
Nominat. plur. *illius*, *illorum*, *illis*.
ոպ pro *որպէս*, *ſicut*.
վս pro *վասն*, *de*, *pro*, *propter*.
տր pro *տէր*, *dominus*.
տն pro *տեառն*, *domini*.
տբ pro *տէրամբ*, *cum domino*, *vel per dominum*.
Nec

Nec desunt aliae verborum notae compendiariae, quas nunc, ut brevitati inserviamus, omittimus, quaeque tamen apud grammaticos pro opportunitate consuli poterunt.

De syllabis.

Aliquae ex syllabis constant ex unica littera, & dicuntur *միատառ miadarr*, vel etiam *միաձայն miachir*; aliae vero constant ex pluribus litteris, & dicuntur *յոդնատառ hochnadarr*, vel *բաղմաձայն paszmachir*.

Quae syllabae sunt *վանկ vangh*, idest quae ex una littera constant, non aliae censeri debent, quam septem vocales, nempe *ա ե ի է ը ո օ*; quae tamen haud proprie syllabae haberi debent.

Ast illae inter syllabas iure adscribendae sunt, quae ex pluribus litteris coalescunt; quaedam nimirum ex duabus litteris constant, quae appellantur *երկտառ erghdar*, quemadmodum, quae sequuntur: *ես ego*, *դա iste*, *նա ille*; quaedam vero ex tribus litteris efformantur,

tur, quae appellantur երրատառ *jerra-dar*, ut ſi ſcribatur: այլ *ſed*, աչք *oculus*, արտ *campus*; quaedam inſuper ex quatuor litteris efficiuntur, & dicuntur քառատառ *karadar*, ut ſi inveniatur: քուռ *gypſum*, քիրտ *rudis*, բիւր *decies mille*; quaedam praeterea ex quinque litteris componuntur, & vocantur հնգատառ *hnchadar*, ut ſi dicatur: բուրդ *lana*, գործք *opus*, սուրբ *ſanctus*; quaedam tandem ex ſex litteris concinnantur, & audiunt վեցատառ *viezzadar*, ut ſi quis dixerit: կուրծք *pectus*, ջուրբք *cum aquis*, սեամբք *cum columnis*; & alia his ſimilia.

Ita etiam habentur verba ex ſyllabis compoſita, quae pariter vel ſunt միավանկ *miavangh*; ideſt ex una ſyllaba, ut ամպ *nubes*, գաղջ *tepidus*, դէմք *facies*; vel ſunt երկավանկ *ierghavangh*, ideſt ex duabus ſyllabis, ut ամբար *frumentarium*, ակռայ *dentes*, ագահ *avarus*, vel ſunt եռավանկ *ieravangh*, ideſt ex tribus ſyllabis, ut անյագան *tarde*, ապառնի *futurus*, ապաւէն *refugium*; vel ſunt քառավանկ *karavangh*, ideſt ex quatuor ſyllabis, ut թափառական *vagus*,

իրաւագէտ canonista, *բարեհամբաւ bonae famae* ; vel sunt *հնգավանկ hngbavangh*, idest ex quinque syllabis, ut *էութենական essentialis*, *գերեզմանատուն coemeterium*, *vel sepulcrum*, *առաջնորդական primarium* : ac cetera his similia.

Exstant tandem duae litterae simul coniunctae, ut sunt hae: մե pro մ՛ե, մէ pro մ՛է, մի pro մ՛ի, մն pro մ՛ն, մխ pro մ՛խ, մկ pro մ՛կ, վն pro վ՛ն.

Oratio dominicalis.

Տէրունական աղօթք ։

Հայր մեր՝ որ յերկինս ես. սբ եղիցի անուն քո. եկեսցէ արքայութիւն քո. եղիցին կամք քո՝ որպէս յերկինս և յերկրի. Զհաց մեր հանապազորդ. տուր մեզ այսօր. և թող մեզ զպարտիս մեր. ոպ և մեք թողումք

մերոց պարտապանաց ։ եւ մի տանիր զմեզ ՚ի փորձութիւն ։ այլ փրկեա զմեզ ՚ի չարէ ։ զի քո է արքայութիւն եւ զօրութիւն ։ եւ փառք յաւիտեանս ամէն ։

Salutatio angelica ad B. Virginem.

Ողջունատրութիւն առ սրբ̄ կոյսն Մարիամ ։

Ողջոյն քեզ Մարիամ լի շնորհօք ։ տ̄ր ընդ քեզ ։ օրհնեալ ես դու ՚ի կանայս ։ եւ օրհնեալ է պտուղ որովայնի քո յս̄ ։ Սրբուհի Մարիամ մայր այ̄ , բարեխօսեա վն̄ մեր մեղաւորացս՝ այժմ եւ ՚ի ժամու մահուան մերոյ՝ ամէն ։

Sanctum evangelium secundum Iohannem.

C. I. V. I.

Սբյ աւետարանին որ ըս̄ Յովհաննու ։

(գլ̄. I.)

Ի սկզբանէ էր բանն , եւ բանն էր առ այ̄ ։ եւ այ̄ էր բանն ։ Նա էր ՚ի սկզբանէ առ այ̄ ։ ամ̄ ինչ նովաւ եղեւ ։

եւ

և առանց նորա եղև և ոչինչ, որ ինչ եղեն: ՚Ի նմա կեանք էր. և կեանքն էր լոյս մարդկան, և լոյսն ՚ի խաւարի անդ լուսաւորէ, և խաւար նմա ոչ եղև հաս: Եղև այր մի առաքեալ յա՟յ. անուն նմա յովհաննէս, սա եկն ՚ի վկայութի՟ն, զի վկայեսցէ վ՟ս լուսոյն. զի ամենեքին հաւատասցեն նովաւ. ոչ էր նա լոյսն, այլ զի վկայեսցէ վ՟ս լուսոյն. էր լոյսն ճշմարիտ, որ լուսաւոր առնէ զա՟մ մարդ՝ որ գալոց է յաշխարհ: Յաշխարհի էր, և աշխարհ նովաւ եղև, և աշխարհ զնա ոչ ծանեաւ: Յիւրսն եկն, և իւրքն զնա ոչ ընկալան: Իսկ որք ընկալանն զնա՝ ետ նց՟ իշխանութի՟ն որդիս ա՟յ լինել, որոց հաւատասցեն յանուն ն՟ր. որք ոչ յարենէ. և ոչ ՚ի կամաց մարմնոյ, և ոչ ՚ի կամաց առն. այլ յա՟յ ծնան: Եւ բանն մարմին եղև, և բնակեաց ՚ի մեզ. և տեսաք զփառս ն՟ր, զփառս իբրև

զմիածնի

զմխածնի տու՛ի հօրէ, լի շնորհօք և
ճշմարտութբ։ Յովհաննէս վկայէ վն
նորա։ աղաղակեաց և ասէ. սա է զոր
մէ ասէի. որ զկնի իմ գալոցն էր՝ ա-
ռաջի իմ եղև. զի նախ քան զիս էր.
զի ՚ի լրութէ նորա մեք ամենե-
քին առաք շնորհս փոխանակ շնորհաց։
Զի օրէնքն ՚ի ձեռն մովսէսի տուան.
շնորհքն և ճշմարտութի ՚ի ձեռն
յսի քսի եղեն։

(ա̅. 17.)

Canticum poenitentiae.

Ողբերգութի անձին զղջացելոյ։

Աշխարհ ամ, առ խս նայեցեալ. ախ-
տակից լերուք։ Նանամ զշրթունս.
բարբառիմ լեզուաւս բողոքեմ զանձնէ.
Տր ողորմեա. տր ողորմեա. տր ողորմեա։
Գող եղէ մեղաց, գտող կորստեան.
գուբ ինձ փորեցի։ Դաւեցի զանձն իմ.

դա-

դաւաճանեցի. դոլման գործեցի.

տ՟ր ողորմեա։

Երբեմն էի լոյս. և այժմ եմ խաւար. և ստուեր մահու։ Ոչ փառդ պսակեցից. զթիւ մեղաց իմոց. ոչ բազումեն յոյժ.

տ՟ր ողոր։

Երկինք և երկիր. եկայք ողբացէք. եղկելի անձն իմ։ Ընտրեցի զչարն. ընդ կալայ կամաւ. ընդ հոյլս մեղաց. տ՟ր ող։ Թաւալթաւէիմ տղմով. Թաւալիմ՝ ի մեղս. Թօթափել չկարեմ։ Վասն ախտակի լցեալ. ժահահոտ եղէ. ժամանակս բազումս. տ՟ր ողոր։

Ի բաց մեկնեցայ. ՚ի սէր խորհրդոց. ՚ի բարեաց գործոց։ Նա վարկաւ անձն իմ. լուսոյն հեռանալ. լինիլ ընդ խաւար. տ՟ր ողոր։

Խորհուրդք չարին. խաբեն զհոգիս խորասոյզ առնեն։ Ծածկեն անդնդոց. ծխծաղին զլորմամբս. ծանակ զիս առնեն. տ՟ր ողորմ։

Աս

Կամաւ կորացայ. կարկամեալ անձամբս.
կանգնիլ ոչ կարեմ։ Հուր մեղաց կիզող.
հրդեհեաց որ յիս. հոգևոր բարիս.
Տր ողոր։

Ձաղկեցայ մեղօք. ձաղեցին տեսօղք
ձանձրացեալ հոգիս։ Պ եղէ դառնութե.
զօձեալ՝ի սիրտ իմ. լամպար իմ շիջաւ.
Տր ողոր։

Ճաշակմամբ մեղաց. ճաշեցի զմահ.
ճոխս ապքաւայայ։ Սեռեալ եմ հոգւ
ւովս. մոլորեալ մտօքս. միայն կամ
մնացեալս. Տր ողորմ։

Յորդայթ մահու. յորսողին անկայ.
յաղթեցայ յախտից։ Սեաւ թշնամ
ւոյն. նշաւակ եղէ. նոր միշտ խոցոտիմ.
Տր ողոր։

Շուրջ պատեալ զինև. շունք բաղումք
եղեն. շաղախին արեամբս։ Որս եղէ
չարին. ուռկանաւ մեղաց. որսացաւ
զանձն իմ. Տր ողորմ։


Չարաչար վշտօք. չարչարի անձն իմ.

չու

Հուծիմ դադարումն: Պարտապան դատոյ.
պարտուց յանցանաց. պարտեալս
՚ի մեղաց. տր ողորմ:
Զանամ զղղջանալ. ջեռանիմ դարձեալ.
ջեռնում հրով մեղաց: Աղբբի կոչե-
ցոյ. ուակայ անուշանիմ. ուսմկական վա
րուքս. տր ողորմ:
Սիրով ցանկութ. սատոնիկ բարկութ.
սիրս իմ խոցեալ է: Մերոք յանցանաց.
մշտանոյ հոգիս. փարանեալ շրջիմ.
տր ողորմ:
Տիրեցին ինձ չարք. տարագիր հանին.
տէրական գրկայն: Բարութեայն բար-
ւոյ. բախճական ձայնին. բռնին ոչ
լռեայ. տր ողոր:
Ցանկութեն չարեաց. ցանկալի գիմօք.
ցուեցոյց զաչս իմ: Խիւրաքանչիւրոց.
ւիւսմամբ խուռն ախտից. ւիւծեալ է
հոգիս. տր ողորմ:
Փութացիր անձն իմ. փախչիլ ՚ի չա-
րեաց. փախաքել բարեաց: Վեզ միշտ
մ. րձ

մերձ ծանիր . քուն մահու եկեալ .
քննօղ դատաւոր . տէր ողորմ :
Լ. ծածնելն բարերարութիւն յիշեա տէր
և ողորմեա :

FINIS.


Österreichische Nationalbibliothek
+Z158908501



